

VITA NORICENSIS.

S = cod. Sanblasianus 86 saec. IX. vid. praef. p. XIV

Locus tempus persona in hac arte Aeneidos quaerendi sunt et causa scribendi certum est, nam Mantua locus huius libri. in tempore Caesaris Augusti scriptus persona Virgilii filii figuli cui Stimichon nomen erat et Maiae sororis Lu-
5 cretii. hic autem tres species proprietatis habuit, id est Puplius Virgilius Maro. Puplius a puplite grandi vel a puplica re, Virgilius a virga laurea id est mater eius prae-
gnas fuit vidit se ipsum enixam fuisse virgulam lauream,
quae tan cito in virgam lauream coram crevit magnitudine
10 teribinti. Maia retulit Lucretio fratri suo poetae claro et
dixit ei mox filium paries, et quod non de semine regali
praegnas es, non de triumphis clarus erit puer, sed de arti-
ficio aliquo aut poematis aut alicuius operis clarus habe-
bitur. et postquam natus fuerit debes eum ducere ad poe-
15 tas; et Virgilium oportet te nominare. Maro eloquens in-
tellegitur. Eusebius dicit: Virgilius Maro in pago qui Andes
dicitur haut procul a Mantua nascitur Pompeio et Crasso
consulibus. Virgilius Cremonae studiis eruditur. sumpta
toga Mediolanium ingreditur et post breve intervallum Ro-
20 mam pergit. Virgilius in Brundisi moritur Sentio Saturnino
et Lucretio Cinna consulibus. ossa eius Neapoli translata
in secundo ab urbe miliario sepeliuntur titulo huiusmodi
suprascripto, quem moriens ipse dictaverat:

‘Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
25 Parthinope; cecini pascua rura duces’.

causa civilis belli inter Octavianum Augustum et Marcum